Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26144
Copyright: Admont, Benediktinerstift



Omnis inquit disciplina: et humana et spiritalis. Contē
plaris ea excōmunis noticiis decertari. Uidetur inquit esse
meroris. Non est igitur. Qualis namque meror: est qui existat
occasio gaudiorum: sicuti neque uoluptas est que fit causa
tristicie. Postea uero inquit fructum, scilicet fructuum habundan
tiam copiosam. Qui per eam inquit exercitatur. Benedixit qui
per eam exercitatur: hoc est qui tolerant plurimo tempore
patienter. Et quomodo. Bene sonancius est: nomine exercitati
onem nominans. Disciplina igitur exercitatio est. Nam athle
tam perficit fortiorem et insuperabilem reddit in certami
nibus: et inexpugnabilem declarat. In pluribus igitur omnis
talis est disciplina ut hec presens: ut talis sit necesse est
Pro inde oportet operari meliora: et finem plenum iocundita
tis et pacis. Et noli mirari si cum ipsa amara sit: fructus
tamen proferat dulciores. Nam et in arboribus cortex pene
semper amarus. et asper est. fructus tamen ipsi suauitate io
cundi sunt. Sumpsit autem hoc excōmuni noticia. Si igitur talia
sperare competit: quid doletis postquam tristiciam toleratis.
Circa meliora deficitis: que uos conuenit sustinere. Si
autem sustinuistis: non oportet circa retributionem ita
mollescere. tamquam eos qui cursu certauere. uel cestibus uel qui
bello desudauere alloquitur. Intueris quomodo eos facit ar
mari: quomodo in sublime sustolli. Recte ambulate inquit.
In hoc loco cogitationes eorum tangit: hoc est ut sine
ullis hesitationibus perseuerent. Si enim ad dilectionem
pertinet disciplina: si non in finem desinet meliorem

pacatissimum exercitatis per eam reddit iusticie, non fructum